Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26489
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Die Abost. Ausmitin Zimmell

sunt nobis. Qd autem aautati carus fuerit
merore funeris indicatum est. Quid igit
hunc paucorum annorum accessio iuuare
potuisset Senectus enim q̃uis non sit gra
uis. ut memini Catonem uno anno ante
q̃ mortuus esset. mecum. et cum Sapione
disserere. tamen aufert eam uiriditatem
in qua etiam tunc erat Sapio Quamob
rem uita quidem talis fuit. uel fortuna
uel gloria. ut nichil posset accedere. Mo
riendi autem sensum celeritas abstulit.
quo de genere mortis difficile dictu est.
Quid homines suspicent uos uidetis. hoc
uero tamen licet dicere. P. Sapiom ex
multis diebus quos in uita celeberrim
os letissimosq; uiderit illum diem cla
rissimum fuisse. cum senatu dimisso
domum est reductus. ad uesperum a
patribus conscriptis. populo Romano socis
q; latinis. pridie q̃ excessit euita ut ex
tam alto dignitatis gradu ad superos
uideat deos. potiu q̃ ad inferos peruenisse.